


LUCII PALEOTIMI  
**ANTIQUITATUM**  
SIVE  
**ORIGINUM**  
**ECCLESIASTICARUM**  
**SUMMA**

EX  
PROBATISSIMIS Scriptoribus desumpta.  
Accessit Noviter

**ICHNOGRAPHIA**  
**VETERIS TEMPLI CHRISTIANORUM.**



SUPERIORUM APPROBATIONE.

---

AUGUSTÆ VINDELIC.  
SUMTIBUS MATTHÆI RIEGER ET FILIORUM  
M D C C L X V I L



## APPROBATIO CENSORIS.

**L**ibrum hunc sub titulo: *Lucii Paleotimi Antiquitatum* *five Originum Ecclesiasticarum Summa*, pro Officii ratione perscrutatus regulis fidei, & morum nihil repugnans inveni, sed eum potius dignum existimavi, qui typis vulgatus plurimis serviat ad eruditionem. Augustæ Vindelicorum die 18. Martii 1767.

**Imprimatur.**

**HENRIC. SIGISMUND. DE FERCHER,**

SS. Theol. Doctor, Ecclesiae Cathedralis Augustanæ Canonicus Capitularis, nec non Reverend. & Seren. S. R. I. Prince. & Episcopi Augustani Consiliarius Ecclesiasticus & Vicarius in Spiritualibus Generalis.


**JOSEPHUS HERZ,**

SS. Theol. Lic. Rev. ac Sereniss. Princ. & Episc. Aug. Cons. Eccl. Confess. Visitator Gener. ac Librorum Censor.



APPROBATIO CENSORIS  
STEPHANI SCIUGLIAGA  
IN GARMOGLIESI L  
P RÆFAT I O.

**P**lurimum rei Christianæ interesset, ut quicunque Ecclesiæ regi-  
men capessunt, aut Ecclesiasticum aliquod munus suscipiant,  
tanquam lege lata cautum sibi esse putarent, primævam An-  
tiquitatem valere; & ad ea, quæ ex historica Origintum Ecclesiasti-  
carum serie conquisita, Religionis Christianæ puritatem conservant  
inviolatam, quæ Hæreticorum & Schismatricorum errores auspica-  
tius oppugnant, quæ Sanctæ Ecclesiæ consentientibus judiciis, &  
Catholicæ præxi, vel præsidio sunt, vel ornamento, animis studio-  
que incumbere. Tametsi vero, post Sacras Scripturas, ex, pri-  
mævæ Ecclesiæ Pattum, scriptis, præclara pietatis exempla, Do-  
ctrinæ ac Traditionis Apostolicæ testimonia, Disciplinæ Ecclesiasti-  
cae monumenta, Hierarchiæ jura, cæteraque ejusmodi haberi, &  
percipi possint, uberrimamque Antiquitatum Ecclesiasticarum mes-  
sem, cum tertium gestarum Testes illi idonei, tum Doctrinæ Ca-  
tholicae fidei custodes, plenis, incorruptisque manibus suppeditent;  
tamen, cum & numero, & mole Pattum Scripta ejusmodi sint,  
quæ vix ab homine diuturnæ ætatis perlegi possint, maximam nobis



# ORIGINUM ECCLESIASTICARUM. LIBER PRIMUS.

## CAPUT PRIMUM.

*De variis Christianorum appellationibus; ac de iis præser-  
tim, quibus ab Hebræis, Infidelibus, & Hæreticis in contemnum  
denominati fuerunt.*

**A**ntequam primitivi Christiani hoc nuncuparentur nomine, Discipuli, Fideles, Electi, Sancti & Fratres inter se appellabantur. In Ægypto, dum Marcus Evangelium Alexandriae prædicabat, Iesse dicti fuerunt (Epiphanius. Haer. 39.) a Jesse Davidis patre, sive probabilius a Domini nostri Jesu nomine. Eusebius inquit (l. 2. c. 17.) ipsos quoque vocatos fuisse Therapeutas, veros; scilicet; Dei cultores, vel spirituales medicos; quod a Hieronymo (de Script. c. 21.) confirmatur. Sed postrema hæc duo nomina cito obsolverunt; prima vero apud Ecclesiasticos Scriptores passim reperiuntur, omnibus quidem Christianis communia, qui per Baptismum Ecclesiae Communionem ingressi sunt. Hinc, quum Christianorum vita ex Baptismali aqua initium duceret, quippe qui in Christi Religionem (Tertullianus. de Bapt. c. 1.) aqua regenerati essent, atque in ipsa, ut salvi fierent, permanere deberent, symbolicum Pisciculorum nomen Christiani sibi adjunxerunt; eoque libentius, quod Graeco vocabulo Ιχθυς, Piscis, omnes, quæ ad Salvatoris nostri nomen & titulos pertinent, initiales litteræ continentur; Ιησος Χριστος, Θεος Τιος, Σωτηρ; Jesus Christus, Dei Filius, Salvator.

PALÆOTIMI SUMMA.

A

Etiam